

1653

2  
R M K III.  
1847

7. 11. 11.  
1842.

Teljes

5580.

2. F. F. 2. S.

Lat. J. D.

4.

CONSIDERATIO POLITICA  
CIVITATIS,

Quam

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA

SUB PRÆSIDIO

*Viri plurimum Reverendi Excellentissimi  
& Clarissimi*

DN. IACOBI SCHALLERI,  
SS. THEOL. DOCT. ET PHILOS. PRACT.  
Professoris celeberrimi, Patroni & Præceptoris devoto pectoris cultu iugiter  
deverandi,



*Academia eruditorum cunctissimæ  
Publicè subijciet  
die Julij  
In Auditorio Aestivo,*

LAURENTIUS VÖRÖS,  
Modrà-Hungarus.

ARGENTORATI,  
Typis JOHANNIS PETRI AB HEYDEN.

ANNO dō Idc LIII.

1633

S. Pectori hujus Vallendorff

VIRIS  
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
Consultissimis, longoque rerum usu

Præstantissimis,

DNN.

JUDICI,  
CONSULI,  
SYNDICO,

Et cæteris

Liberæ Regiæque Civitatis Modrensis

SENATORIBUS.

Patriæ Patribus venerandis

Respective

Parenti suo, ac è fonte sacro susceptori, Cognatis, Patronis, Fautoribus, & studiorum suorum Promotoribus, omni observantiæ cultu perpetuo venerandis & suspiciendis,

SALVTEM.

Everget & Benignissimi!



Agnus ille suæ ætatis Historicorum Sallustius, per quam sapienter monet, initio Catilinariæ conjurationis, dicens; *Omnes homines, qui student cæteris animantibus præstare, summâ ope niti decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora.* Cuius effati memor, postquam ante biennium è patria feliciter solvissem, & ad hæc oras Alsaticas appulisset, Vestrumque, PATRES PATRIÆ, in me favorem & affectum ex certis & evidentibus signis cognovissem; haud alið cogitationes & conatum meum dirigebam, quàm ut, hîc vitam decoram & laudabilem agens, tandem Patriæ frugi redirem. Quem scopum ut eð felicius assequerer, sequutus consilium, iam laudati Auctoris inquentis; *Is demum mihi vivere atq; animâ frui videtur, qui aliquo negotio intentus præclarè facinoris aut artis bonæ famam querit; omnem lapidem movi privato studio*

diò doctrinam & rationem politicam, (ne si venero in Theatrum, vanitatem spectaturus humanam, quasi κωφὸν πρόσωπον, aut ut lapis super lapidem sedeam) primis quod dicitur labris attingere; cum eâ qui præditus est, possit tanquam ex penu certâ depromere, quæ Reip. utilia sunt. Rupit meum diuturnum tamque altum silentium, quo hæctenus involutus fueram, verecundia, ne lucem fugere, & ἀσύμφωνον, aut hic magis desidiæ deliciisque quam studiis, quorum gratiâ huc concessi, operam dedisse videar. Cum autem nemini plus debeam quam Patriæ; Vobis igitur Mecænates Incomparabiles, primitias hæc studiorum sacrare pietas mihi suavit, ut grati animi memoriam, & quo in Vestrum Ordinem animo ferar, contestetur, qui singulari favore & benevolentia, tanquam aura grata, non ita pridem mea studia refocillare, & calcar addere non dignati estis. Et si omnia proni in me affectûs enarrare τεκμήρια conarer, neque ingenio assequerer, neque magnitudini rei charta hæc sufficeret. Accipite itaque exiguum sed evidentissimum meæ erga Vos observantiæ testimonium, in Academiæ umbris natum, certissimumque pignus devoti filialis pectoris paterno voto & animo. Recipite in sinum hoc quidquid est, & non tam conatum quàm auctoris erga Vos affectum, æquo iudicio, uti soletis, pendite.

Deus Vos Justitiæ Antistites Gravissimos, EVERGETAS Benignissimos, præsidio suo Angelico Vestraque tueatur, consilia Patriæ saluberrima suggerat, omniaque Diaboli & suorum sinistra contra Vos molimina in bonum eventum flectat, precor.

VIVITE VALETEQUE animi vigore & corporis firmitate, sicuti paucis ab hinc annis sospites & incolumes vidi, Patriæ, Ecclesiæ, Scholæque Nutritii Optatissimi, Mecænates Magni felicissimè diutissimè, nec non studiis meis, sicuti facitis, favere pergit, & ulterius fovete.

V. V.

N. N.

A. A.


Scribeb. Athenis Alsaticis in Musæo

d. 13. Iul. S. V. A. O. R.

1653.

Clientem Cultorem & Civem  
voto factoque  
observantissimum

Laurentium Vörös, Modrà-  
Hungarum.



Eximio ac Præstantissimo Domino  
Respondenti.



Andem docte Verös Musarum ca-  
stra sequutus,  
Parnassum superans ostendis acu-  
mina mentis,  
Mentis quam Alsatico multùm de fonte  
rigasti.  
Felix Argyropen cum te bona fata tulêre,  
Quam inhabitant Musæ Pallas Hygeja  
Themisque.  
His igitur ductus Civem defendere perge,  
Quid fiet! magno gaudebit patria Cive.

Benevol. test.

E.

F.

Franciscus Dominus à Wetz/  
L. B. in Eberstein. &c.

*Handwritten notes:*  
Nun ist in r...  
not in sein von  
Hans



Jesu cœptis adspira!

Præloquium.



Um non ita pridem hortatu gravissi- *Instituti*  
mo quorundam singulari benevolentia & *causa im-*  
affectu me meaque studia prosequentiũ, *pulsione*  
( quibus, pro tenuitate rerum, nihil aliud, *1.*  
quàm gratum & memorem animum re-  
pono, ) exercitium aliquod publicum me-  
ditarer; accessit *consilium* Excellentissimi  
D. Præsidis, Præceptoris & Fautoris omni venerationis cul- *2.*  
tu suspiciendi; ( cuius summi affectus & dexteritatis irrefu-  
sibilis, quibus me meaque studia in præsens usque tempus  
fovit & promovit, haud ingrata nullo non tempore & loco  
in me existet memoria ) nec non *authoritas* superiorum, quam *3.*  
semper devotâ animi submissione veneror, calcar addidit, &  
quod magis præsentis instituti thema suppeditavit, cuius  
voluntati & iussu refragari cum antea piaculum duxerim,  
memor quòd unicè obsequij gloria mihi relicta sit, nunc quoque *Tac. An. 6.*  
eidem parere consultum æstimavi. Non minus etiam ce- *8. 5.*  
dro dignum Socratis apud Xenophont. a *effatum* me ani- *4.*  
mavit, dicentis: Generosum & omni favore dignum ingenium, *in me-*  
cui sunt cordi disciplina politica. Hæc quàm iucunda sit, sa- *morabil.*  
tis effari nequit, quippè quæ omnium Rerumpubl. & Impe- *Cognitio*  
riorum mutationem mutationisque rationem oculis subin- *discipli-*  
ciat. Quàm verò utilis sit, eloqui haud possum, prudentes *na politica*  
Reipubl. antistites agnoscunt, quantum huius disciplinæ *admodum*  
vel levis cognitio conducatur; imò Republicæ ipsæ maximo *iucunda*  
suo malo sentiunt & testantur, quid noceant illi, qui quasi *est.*  
illotis *Nec minus*  
*utilis*

A

illotis manibus regimini admoventur. Hinc eleganter & sapienter ille sapiens Socrates b olim decernebat, stultum esse putare eas artes, que minores sunt, haud posse sine instructore absolutas reddi; Civitati vero praesse, quod est omnium maximum, posse quempiam ex se nosse. Maximè hinc opus est prudentiâ c oculo illo animæ, cuius imperio & nutu regitur. Quis non hanc auctoritate summâ d Principem & Dominam reliquarum facultatum atque scientiarum amplectatur? quæ omnium artium laudatarum procreatrix & quasi mater est, e omnibusque leges Reipublicæ suæ accommodatas dat, & architectonicè cuncta disponit. Quis que hac scientia præditus est, cum Iphicrate dicere potest, f nihil horum sum, sed his omnibus didici imperare. Non dubito fore quosdam, qui præter institutum alio atque alio animo excepturi sunt, præsertim cum hoc nostro seculo, inter tot tamque præclara ingenia vix aliquid afferri possit, quod non hinc inde ab aliis quoque satis tractatum & expositum sit, nemo mihi vitio vertet, si vel methodum unius alteriusve probati politici sequutus fuerim, aut excerpta quandoque ex aliis in hoc institutum attulerim. Expedita enim, ut scitè & eleganter Lipsius ait, Doctorum scripta sunt, & quæ inde sumuntur sunt eius qui haurit, tanquam ex populari lacu. Causis igitur animum meum ad hanc considerationem scribendam excitantibus æquoque Iudici satisfaciendis, recensitis, invocata insuper Spiritus sancti adhibentiâ, summo dirigente numine rem ipsam aggrediar.

**R**Edè monet Cicero in quodam suo aureo opere, g omnem institutionem à definitione debere proficisci, quo magis id, de quo disputatur, intelligatur. Cuius moniti ductu, cum civitatem breviter considerare animum induxerimus, eius definitionem ante lumen quod dicitur digito attingamus, quàm ad plenior considerationem descendamus. Cum autem tam veteres Politici quàm Neotericorum plurimi in definienda civitate multùm sudarint, omnibus tamen nostrâ quidem

Etq; haud minus ut alia artes indiget in formatore. b. ap. X. moph. in memorab. Veruul. in proem. pol. quast. 1. c. lam. l. lich. ap. Stob. serm. 3. A. thori. tate cuncta dirigit. d. Arist. 1. pol. 1. e. Arist. 1. Ethic. 2. f. Plut. in apophtheg. Nihil dicitur quod non antea d. cum sit. Trahatns in quo consideramus definitionem g. 1. off. & Con. sul. am est inde in. aboate, quod consilium sequimur.

quidem sententiâ Princeps Peripateticorum palmam præripuisse videtur ita definiens: h Civitas est societas s. communio perfecta, secundum naturam, ex pluribus pagis constans, omnibusque rebus ad vitam necessariis instructa, non solum vivendi sed etiam bene vivendi causâ constituta. Diximus societas, nec dubitamus quàm plurimos nobis assentiri, quod i. omnis societas ob bonû aliquod societatis cuius gratiâ omnes omnia agunt coeat, & sic quoque Civitas, quæ summa quia boni causa con. celsatur. Deinde, communio, hinc alieni à comunione Platonica, quam l. Sapientia filius è repub. veritatis exterminat, m. & Bodinus n. à naturæ & divina lege pol. 1. Cas. alienissimâ iudicat, veriorè sententiam amplectimur, & eam 2. Sphær. intelligimus, o. quæ in communitate usus publicar. rerum non in a. Civit. c. 2. qualitate possessionis consistit. Ex pluribus pagis constans, quibus multa in se habet indicat Philosophus noster, p. cuiusvis rei originem esse tenuem & communia despectam, cui consentit q. Epitomator Livij Rempublicam Romanam, & in eum Cl. Freins hemius, civitates, hominis ætati pol. 11. 4. comparantes; Hæc si, qui fortè civitati nos minus dignam qua distin. originem tribuere existimat, considerabit, facile nobiscum guenda à Platonis. sensurus est. Perfecta, quatenus omnibus rebus ad m. 2. pol. vitam necessariis instructa est, ad differentiam cæterarum, & 2. n. l. 1. r. inque hac omnes singulaque alia societates uniuntur & conspi. de rep. 2. rant, s. res enim tum demum perfecta sunt, quando cre. & l. 6. de scire desiderunt. t. Licet respectu Reipublicæ d. τὸς perfe. rep. 4. ctio nulla sit, κατὰ τὸν tamen & in suo genere concedi potest. Secundum naturam, u. nulla enim in re alia, nisi in natura qua. rendum est illud, quo omnia referrentur, dicebat Plato & Academia o. Cas. 2. vetus, quæ nihil aliud est, quam x. recta & vera ratio quæ Sphær. Ci. vit. 1. y. est hominis sumum bonum, hanc si quis sequitur, lau. p. Sleid. 1. dabilis est & finem naturæ suæ attingit, hinc z. quicquid o. de 4. sum. ptimè se habet, id maximè se habet secundum naturam. Non imper. p. solum vivendi sed etiam benè vivendi causa constituta, hæc verba m. 44. Cic. de divin. q. Flor. minum finem tradunt, qui vel Communis, quod & aliæ socie. tates præf. 5. 4.

A 2

constat ex simplicibus societatis. Quæ verè unita consummatam secundum quid societatem constituunt. r. Befold. præcogn. pol. c. 3. s. Giph. com. in 1. polit. 2. t. Arnif. rel. pol. 1. 5. 5. & natura condensentem. u. Cic. 1. Acad. quæst. Lips. ad Philof. Stoic. 2. diff. 14. seu recta rationi. x. Hornei. Eth. 1. 7. 5. y. Sen. Epit. 76. z. Arist. de ingress. animant. Cuius finis vel est communis cum aliis societatis, vel peculiaris à reliquis qui etiam reipubl. finis est.

a. Arist. 1. Eth. 10. *Aboluta* definitione *consideramus* I causam efficien-  
tiam qua vivendi causâ constitutæ sint, vel Proprius bene beateq;  
vivere, puta quantum in multitudine fieri potest, quod  
sub se quoque comprehendit honestatem & virtutem, cum  
nemo bene beateque vivat, nisi a. secundum virtu-  
tem.

Aggredimur iam Causam Efficientem, quæ est vel Remota  
vel Propinqua. Remota est ipse Deus b. regnator omnium, c.  
est & Re-summum illud numen & æternum neque mutabile neque interiturum,  
motu Crea- d. quod constituit, protegit & conservat, e. ex quo omnia per  
tor & con- quod omnia & in quo omnia. Propinqua est vel primaria vel  
ferator o- secundaria. Primaria leu interna est Natura & fit f. ex eius  
mnium. intentione, quia homo naturâ est animal magis societatis appetens,  
b. Tacit. g. quod homini naturâ datus sermo indicat, ut pote qui solitario super-  
Germ. 39. 4. c. Tacit. vacaneus est, quo intima aperimus & proferimus animi ten-  
Hist. 5. 5. 8. homoque homini conciliatur, sicut testatur Cicero h. Ini-  
d. Sam. 1. 9. qui ergo sunt in suam naturam omnes *μὲν ἀνθρώποι* & *ἄπολιδες*;  
v. 16. 1. Reg. namq; solitudo comes superbi & præfracti animi est, quam i.  
1. Dan. 4. magni viri culpant, quoniam eam quærunt qui præ se  
v. 14. Rom. alios de sublimi contemnere solent, quo in numero sunt no-  
13. v. 1. stri temporis Monachi, & alii similis farinae homines,  
e. Rom. 11. 1. 36. l. Qui curiosi simulant & Bacchanalia vivunt specieque pietatis  
& simulatæ religionis magnis quoque viris imponunt. Se-  
vel Pro- cundaria seu externa m. ex intentione hominum est duplex. 1.  
pinqua ut Natura Neccitas seu Indigentia, n. qua fit cum nemo per se *ἀντι-  
quatenus* f. Arnif. uns, ut ad bene beateque vivendum alterius operâ & rebus  
relect. pol. iuvari cupiat. 2. Metus iniuriarum, o. ob hanc enim maximè  
1. 1. 1. 2. causam ut se suaque adversus violentiam tuerentur, constituta Respublic.  
homini & Civitates sunt. Dantur & aliæ causæ impulsivæ quæ ex  
appetitū & sermonem indidit consiliis coëuntium sunt cognoscendæ, harum quasdam  
g. Befold. Kekermannus tradidit; p. Quicquid est, q. non alia tamen  
præcog. magis causa quàm natura instinctu & lege divinitus implantata, poli-  
pol. cap. 3. tie ini-  
h. 1. off.

Arist. 1. pol. 2. Sen. Epist. 61. i. Cic. in Læl. norantur solitudinem quærentes l. Iuven.  
m. Arnif. relect. pol. 1. 1. 1. 2. 2. Neccitas quæ externè dirigit hominem, eique consu-  
lit. n. Giphani in l. 1. pol. Arist. 2. 3. Metus altera causa impulsiva. o. Cic. 2.  
off. p. Syst. pol. dræcogn. fol. 11. 12. q. Danæus lib. 1. pol. Christian. 11. Materiali  
constituentem qua est civis & vel

Proximum est Materiã constituentem  
adaquatam contemplati, quæ est Civis, qui consideratur vel  
Abolutè, vel secundum quid. Abolutè seu abstractivè nullo  
habito respectu actualis subiectionis r. in ea conditione, c. Arnif.  
quam natus habet ante omnem superventuræ Reipublicæ coarctationem, relect.  
& definitur s. cui potestas est capiendi Magistratum deliberari- pol. 1. 5. 5.  
vum, & iudicalem quod de omni cive Reipublicæ nondum  
subiecto accipiendum. Secundum quid quatenus ad Rempubl. 4. *Abolutè*  
refertur, & actu subiicitur, t. ubi alius atq; alius evadit, prout alia actuali  
atque alia conditiones in cive exiguntur. Quoad hanc considera- in subie-  
tionem est vel Verus vel Analogicus. u. Verus quatenus civitatis iuribus d. Arnif.  
gaudet, & ei subiicitur. Hic rursus vel Perfectus vel Imper- 3. pol. 1.  
fectus. Perfectus, qui omnium iurium privilegiorum & liber- secundum  
tatum civitatis quæ ad eam pertinent, in qua vivit particeps quid certa  
est, apud Romanos dictus x. Civis optimâ lege. Imperfectus alicuius res-  
qui saltem quibusdam gaudet, diciturque civis cum adiectione, publ. sub-  
cuius generis est qui vel etate nondum perfectâ prohibetur, ut lectus  
Puer, ex cive imprimis natus, & inchoatus civis appellatur, e. Arnif.  
talis apud y. Romanos ante virilem togam assumptam relect.  
& z. Athenis ante nomen tabb. lexiarchicis professum; pol. 1. 5. 5.  
vel effectâ ut senex, a. qui vacationem à muneribus publi- 28. *Qui vel*  
cis impetravit. Deinde, qui vel ratione habitationis tantum f. Sieben-  
ut b. incola, vel litis, ut forensis, vel alterius alicuius causâ ad thal Coll.  
tempus commoratur, quique nomine Inquilini venit. Huic pol. Exerc.  
addi potest confæderatus, qui ex fædere iure civitatis gaudet, 5. *Hicque vel*  
quod c. inter Bernates & Genuenses in Helvetia inter- Perfectus  
venit. Analogicus est d. Honorarius, cui honoris causâ civitas quatenus  
oblata est, & præter nomen splendoremque civitatis sine sub- pleno iure  
iectione nil obtinet, sic e. à Corinthiis Alexander, ab civitatis  
Atheniensibus Demetrius, & alii ab aliis civitatem obtinue- utitur.  
runt. Rursus Civis pro diversitate conditionis seu status consi- g. Arnif.  
dera- relect.  
pol. 1. 5. 9.  
8.

A 3

Imperfectus qui parte tantum aliqua iurium fruitur, Puer h. Lazius 8.  
comment. Rer. Roman. cap. 2. i. Pollux. lib. 8. l. Aristot. 3. pol. 1. Senex  
m. l. 2. de Incol. nec non Confæderatus. n. Bodin. l. 1. de republic. cap. 6.  
o. Siebenthal Coll. pol. Exercit. 5. Arnif. relect. pol. 1. 5. 9. 56. Analogicus qui vo-  
cabulo mero tantum fruitur. a. Sen. 1. de benef. cap. 13. Alia de Civis ratione  
conditionis & vel

f. Ber-  
negger.  
quæst. in  
Tacit. q. 1.  
Eminen-  
tioris ut  
Nobilis  
vel natus,  
g. Cic. pro  
Sexto d.  
Mar.  
apud Sal-  
lust. in  
bell. Iu-  
gurth.  
h. Lucan.  
vel factus  
propria  
virtute  
i. Iuven.  
Sat. 8.  
l. Hali-  
carnass.  
l. 3.  
m. Ovid.  
13. Med.  
n. Tac.  
An. 11. 24.  
10.  
o. Sallu. st.  
debell.  
Iug.  
vel animi  
quo recen-  
setur Theo-  
logus,  
p. Mu-  
ret. in o-  
rat. de  
præst. &  
dignit.  
Theol.  
Iuriscon-  
sultus,  
q. Arist. 4. pol. 12. Medicus, Philosophus, vel corporis ut Miles  
7. pol. 8. inferioris ut Agricola, Mercator. f. Bernegg. d. quæst. 17. t. Cic. 1. off.

deratur. f. Cum Republica maximè ex iis bene constet, qui diver-  
sa vita genera sunt amplexi, aliàs enim sibi mutuas operas non presta-  
rent. Qui vel eminentioris vel inferioris, Eminentioris ut-  
puta Nobilis vel natus vel factus. Natus, g. qui maiorum  
honorem & gloriã obtinet, h. quæ posterioris quæsi lumen est, hic  
si vestigia maiorum premit Generosus dicitur, sin verò dege-  
nerat, tunc

i. Perit omnis in illo

Nobilitas, cuius laus est in origine sola.

Factus virtute suâ, l. in qua unice sita est Nobilitas, & m.  
Romani ex ea æstimabant. h. Nam quæ non fecimus ipsi, vix  
ea nostra putant. Imò n. omnia quæ nunc vetustissima sunt, nova  
fuere, & o. iniqui sunt, qui, quod ex aliena virtute sibi arrogant, ex  
propria aliis negant. vel Animi vel Corporis. Animi, ubi  
communem ordinem sequentes Theologo prætermittis aliis  
rationibus rectè primum locum tribuimus, p. quanto e-  
nim æterna natis, immortalia caducis, divina humanis antecellunt, tan-  
to Theologus ceteris antependendus. Alterum, Jurisconsulto, o-  
mnium trium partium prudentiæ probè gnaro cedimus, &  
Medico præferimus, quia q. eorum potissimum ratio sit ha-  
benda in quibus reipublica salus maximè consistit, seu quibus minimè  
carere potest. Tertium Medico & ultimum Philosopho.  
Corporis, quo nomine venit Miles, imprimis qui rebus  
præclare gestis & belli peritus in togata Republica utilis  
civis est. Inferioris, quorum primus est r. Agricola, qua-  
tenus possessor est multorum agrorum, qui maximè confer-  
vandus in Republica propter necessarium alimentum, sine  
quo avtâque vacillat. Cui submittimus Mercatorem, qui ma-  
gnæ & copiosæ mercaturæ invigilat, & s. rerum deficien-  
tium fecunditate ac copiâ suam civitatem, non sine vita & fortunarum  
discrimine beat, quæque superflua sunt ad alios exportat, quare  
non excludendus sed honore & favore in Republica dignus  
censendus. Huncque à sordido propolâ, t. qui merca-  
tur à mercatoribus quod statim vendat, & nihil proficit nisi admodum  
mentiatur

q. Arist. 4. pol. 12. Medicus, Philosophus, vel corporis ut Miles  
7. pol. 8. inferioris ut Agricola, Mercator. f. Bernegg. d. quæst. 17. t. Cic. 1. off.

mentiatur, qui Germanis dicitur Fürkäufer / meritò  
sequestramus. Tandem opificem subiungimus, quo-  
cunque is veniat nomine, qui licet pro diversitate  
rerum public. modò pro cive habeatur, modò non, à nobis  
maximè necessariam & Reipublicæ conducibilem artem se-  
ctans cum Regina Aegypti Lybie u. inter cives censetur.  
Varius verò cives distribuendi mos est, antiquissimus in Tribus  
ap. Hebræos, Athenienses, x. Romanos à Romulo, y. in  
Classes & Centurias à Servio z. Dein in Collegia, corpora & uni-  
versitates, quæ divisio in quibusdam civitatibus adhuc viget;  
a. hodie in aliis atque aliis civitatibus secundum personarum, artificio-  
rum & munerum conditionem varia divisiones constituuntur. Laude  
profectò dignam operam navavit, qui in Republica sua hu-  
ius ordinis author exstitit, quo cives commodè per Iusta &  
Imperia Maiestatis gubernari possint. Consequitur au-  
tem aliquis iura civitatis Nativitate vel cooptatione. Nativitate,  
b. si quis ex utrisque parentibus civibus nascatur, hunc ri-  
gorem multi populi religiosè observabant, sed post paula-  
tim remiserunt, & plerique ex patre cive natum pro cive ha-  
bebant, cum c. fatius sit originem partus ad patrem tan-  
quam ad caput familiæ referre. Cooptatione, si quis peregri-  
nus in numerum civium recipiatur. Mos erat apud vete-  
res in constituenda & amplificanda civitate peregrinos coo-  
ptandi, sicut legitur de Romulo, d. de Theseo, e. &  
Alexandro M. f. Qui tamen non ab omnibus probatur, pro cuius-  
& rectè g. Imperiti ij censentur, qui sine discrimine peregrinis iu-  
ra concedunt, nulla præmissâ inquisitione vel fortunarum, vel  
morum, vel natalium, ignorantes quod eiusmodi peregrini  
si statum Reipublicæ satis exploraverint, denique in eius  
exitium armentur. Laudem suam meretur in plerisque ci-  
vitatibus recepta consuetudo, quæ neminem recipit, nisi pu-  
blicis literis testimonialibus eius loci, ubi vel aliquamdiu  
degit, honestè vitam antea actam, vel natus est, se ex legitimo

Opifex.  
Hi cuncti  
debiduntur  
vel  
u. Isocr. in  
laud. Bus.  
in Tribus  
classes,  
centurias,  
collegia,  
corpora,  
universi-  
tates,  
x. Plutar.  
in Thef.  
y. Flor.  
1. 1. 15.  
z. Idem  
1. 6. 3.  
a. Petr.  
Greg.  
Tholof.  
13. de rep.  
cap. 2.  
aut in a-  
lius nomi-  
nis partes  
suis resp.  
instituto.  
Quibus  
subicitur  
modus  
Civitate,  
obten-  
di, quæ ge-  
minus ut  
Nativitas  
b. Plut.  
in Them.

a. 1. 29. ff. de stat. hom. & Cooptatio. d. Tac. Ann. 11. 25. 7. Cic. pro Balb. e. Plut. in  
eiusd. vitâ. f. Ioseph. 3. de bell. Iud. g. Halicarnass. l. 4. de antiquit. Rom. In  
numerum civium recipiendi non omnes sunt, sed quos litera publica probant, am testes  
sunt.

His accedit Manumissio.

Civitas magnitudo non ex quantitate, sed ex qualitate aestimanda.

h. Bernegger. quest. 157. i. Arist. 7. pol. 4. Caf. 7. 4. III. Formam ubi occurrit in genere. 1. Befold. præcogn. polit. c. 1. 1. definitio. m. Arist. 3. pol. 3. Arnif. lect. pol. 2. 1. 1. 14. n. Xenoph. œcon. 2. Essentia Resp. o. Ann. 4. 33. 1. quo respectu alia est p. 2. de divin. q. de C. D. v. 21. r. Epist. 19. f. 2. pol. 1. Monarchia, Aristocrata, Democratia. Quibus adicitur ex simplicibus mixta, t. Arist. 2. pol. 1. Lim. in add. ad l. 1. cap. 10. Ius Publ. & dividitur ex Iuribus penes quos sumi. Arnif. 1. pol. 8. Befold. Synopf. pol. l. c. 9.

thoro progenitum esse doceat. Non prætereundus est silentio alius adhuc modus sed vetustus, scilicet Manumissio, quæ unâ cum illa rigida Romana servitute exolevit, & in usu esse desit. Quæstio hic oritur unde civitatis magnitudo sit aestimanda? Si finem respicimus, non errore vulgi ex immensa multitudine seu numero & frequentia hominum unde quaque collectorum esse aestimandam dicimus, sed h. ex potentia subditorum & ea facultate, i. per quam finem suum ad quem destinata est optimè possit assequi.

Postquam materiam adæquatam civitatis consideravimus Formam quoque quæ anima vita & spiritus civitatis appellatur paucis illustratum eamus, cuius definitio hæc est, quod sit m. Ordo ( n. quo nihil magis utile atque decorum est ) Civitatis tum aliorum Imperantium, tum præcipuè summæ potestatis à qua profluit regimen per medios Magistratus in universos subditos Humanior ratio non una est sed varia, pro numero personarum ad summam potestatem admittendarum, à quo unice essentiales differentie Rerumpublic. sumuntur. Sunt autem tres formæ iuxta Tacitum o. dicentem: Cunctas nationes & urbes populus, aut primores, aut singuli regunt, cui consentiunt Cicero, p. Augustinus, q. Seneca, d. Lipsius. Nam Monarchia vocatur, ubi unus summam rei obtinet, Aristocrata ubi uno plures, Democratia ubi populus summam rei sibi vendicat. Quæ dictæ species si inter se commisceantur, mixtam Rempublicam constituunt, hanc r. dari experientia contra negantes obtinuit, videmus enim non nullas respublicas non eandem formam semper retinuisse, sed plerumque vel prima aut iam provecata ætate post aliquot intervalla temporis, mutasse, quod naturæ minimè contrariatur. Quo verò quis statum simplicem à mixto dignoscatur, ex Iuribus Imperii patet, s. qua sunt signa & argumenta summæ potestatis; t. ubi enim iura Maiestatis non sunt penes unum, aut paucos, aut plures in solidum & absolutè, ibi necesse est

necesse est, Rempublicam esse mixtam. Vera autem mixtio datur, u. si omnes de iure suo aliquid remittunt x. aut ordines non simpliciter consulendi, verum etiam in simul prohibendi vel impedendi facultate polleant. In eo tamen non dissentiant auctores politici, xx. denominationem à parte propendente & prædominante sumendam esse. Cæterum quoniam cura Magistratum, aut eorum qui præsunt occupata est, vel circa bonum publicum & salutem Reipubl. y. quæ suprema lex est ( nec yy. enim alius finis Imperij iusti aestimatur quam utilitas & salus obedientium, propter quem homines maximè conveniunt ) vel circa privatam dum unius vel paucorum utilitas respicitur, unde ortum est, ut alia resp. bona alia vitiosa dicatur.

Non autem cuivis populo quævis promiscuè forma convenit, & sanè altioris considerationis est admonitio Arist. z. quod non tantum cognoscendum sit, quæ optima, sed quæ vel optima proxima, aut huic vel illi populo ferentibus id rebus necessariis maxime accommodata. Nihili sunt rationes gravissimæ, nihilque conducunt ad hanc vel illam formam persuadendam, si nec genius & natura populi id admittat: Igitur zz. natura vulgi noscenda est, cum Reipublicæ caput sit civium cognitos habere mores, & a. forma legesque civitatis ad mores & inclinationes gentium accommodentur. b. Mores autem plerumque tales sunt, qualis locorum situs in quo degunt, ac c. cuilibet regioni spiritus proprius adgnatus est, qui nascentibus hominibus patriæ habitum & cupiditates ingenerat. ita d. ut minus incredibile sit historicorum testimonium, quod montani asperi ferè sint & inhumani campestris molles & humani, e. Maritimi & Insulani nequiores reputentur. Non secus ac triticum in nonnullis agris degenerat in aliud genus soli vitio, ita pro qualitate regionis hominum ingenia variantur. Imò & f. ipsa secula genium habent, qui mortaliū animos in certa studia solet inflectere, de quo

B

format vel natura loci. b. Grot. in Tac. disc. 45. c. Barcl. Icon. an. cap. 2. d. Bernegg. quest. 147. Befold. d. l. c. Bernegg. d. q. vel Varietas seculorum f. Barcl. d. l. vel dispositio æris

u. Arnif. d. l. x. Befold. tract. de stat mixt. xx. Befold. d. tract. Lips. 2. pol. 2. 4. unde cognoscenda Resp. an bona y. Cic. 3. de ll. Vel vitiosa est cura. yy. Ammi. an. lib. 30. Forma Reip. genus populi accommodanda nunquam enim stabile putatur quod natura contrarium introducitur z. 4. pol. 1. 22. Tac. Annal. 4. 33. 2. a. Befold. tract. de Nat. pop. Mores



quo historici & politici notant. Nec non hominum ingenia ad cæli sui similitudinem rigantia sunt. g. Hinc aliqui h. iu-

Stos Dominos volunt; alii libertatem defendunt, alii verò i. nec integram servitutem, nec integram libertatem ferre possunt. h. Sallust. Diximus quod ordo consistat in respectu imperantiū ad subiectos & subiectorum ad imperantes. Et ita duæ hinc personæ observandæ Imperans & Parens, circa imperantem notandum est, l. quod constituatur vel Ordinariè, vel Extraordinariè. Ordinariè vel Electione vel Successione; Electione, cum spreto natalium iure suffragiis, vel sorte ubi æqualia vota sunt, designatur Princeps, quæ est restricta vel libera. In reliquis verò formis, ubi electio viget, m. consideratur vel ex omnibus ordinibus civium, vel ex certo solum, & vel ab omnibus, vel à quibusdam, idque vel sorte, vel suffragio ita ut n. varij modi sint, quibus Magistratus eligitur, ille tamen ceteris præferendus, qui sit prudenti aliqua consultatione & præelectione, nec quidem censemus rem tam arduam temere absolutæ sorti committendam, quæ o. deerrat ad parum idoneos, & fortuna favet fatuis, quia p. haud rectum consilium videtur in iis rebus, in quibus publica salus vertitur, Magistratum committere sorti, sed eâ tùm demum esse utendum, ubi cum electione mixta est, ne q. ambitioni aut inimicitijs foret locus, quæ r. comprimere contradictiones, & inter potentes quoque diiudicat. Successione, s. cum gentilis is honos est, & Princeps è Principe nascitur, qui modus peculiaris Monarchiæ. Uter verò præstantior sit ex constitutionibus Rerumpublicarum commodè diiudicatur. Extraordinariè, ubi alicui extra ordinem rei summa traditur. I. Virtus Imperantium. Non aliam hic Imperanti magis propriam censemus, quæ connexu suo omnes reliquas virtutes comprehendat, quam t. Prudentiam virtutem ἀρχὴν qua potest recte imperare & præesse subditis u. quæ sola præest & ducit res ardua committenda. o Tac. Ann. 13. 29. 1. p. Bernegg. quæst. 178. q. Tacit. Histor. 5. 8. 8. r. Prov. 18. 18. f. Lips. 2. pol. 4. 4. Successio. Extraordinaria. 2. Virtus nempe Prudentia ceteris. t. Arist. 3. pol. 3. & 6. Ethic. 13. u. Plat. in Menone, x. Tac. Annal. 4. 33. 3.

& ducit ad recte faciendum, x. nec non honesta à deterioribus, utilia à noxius discernit. Sicut y. Architecto nullum opus rectè procedit sine libella & linea, ita nec imperanti sine hac norma directrice; licet z. Prudentia usus ad omnes res humanas magnus sit, maximus tamen ad imperium, sine qua infirmum est; Unde a. verè prudentem censemus eum, qui ea, quæ sibi quaque hominibus conducunt dispescere scit, eoque b. potens & validus sit, sibi ac Reipublicæ consulere. Circa parentem seu subditum, cum de eius constitutione satis supra diximus; Virtus notanda est, c. bona nempe opinio de Magistratu seu Principe eiusque legibus & decretis, hocque modo iussa eius modestè & alacriter (nisi Deo ac conscientiæ contrariantur) sequatur, d. quo mitigantur imperia. Et ut firma in Republic. conservetur omnia, subditi quoque suum officium faciant, nihil enim proficiet imperans quantumcunque laboret si non habeat obsequentem. Illam Rempublicam periisse credimus ubi iussa Imperantis, à quovis etiam infimæ sortis subdito privatim iudicio privatæ opinionis pendantur & iudicentur. Hæc ita in genere de forma Reipubl. observasse sufficiat, intimius nobis inspicienda est Administratio & Conservatio Reipubl. Administratur Republica à summo vel ab inferiore. Summus est is, qui summam & absolutam potestatem in territorio suo statuendi & iudicandi habet, neminemque præter Deum superiorem agnoscit, sicut ipsa vox indigit, quod summum sit id, quo nihil eo in ordine datur superius, nec f. recipit sine implicatione contradictionis. Hæcque Maiestas g. non solum Regi sed omni Reipublicæ perfectæ tribuitur, cum Republica nil aliud sit, quam huius potestatis Imperium in reliquos subditos, quo qui destituuntur perfectæ Republicæ dici nequeunt. Hinc unice & propriè in hanc crimen læsæ Maiestatis committitur, obedientiam detrectando aut mentem manusque exsecrabiles inferendo. Senferunt id Ethnici, i. quod rectorum ratio

B 2

strationis qua absolvitur ditione Imperantis in summum. e. Arist. pol. 1. 17. f. Arist. Tom. 2. p. 30. g. Idem 1. pol. 11. h. Idem tom. 2. p. 11. Quæ maiestas est cuius Reipubl. perfecta consistens. In hanc crimen læsæ Maiestatis committitur i. Script. problem. sect. 40.

y. Lips. 1. pol. 7. 4. que instar libellæ est. z. Idem 3. pol. 1. 2. omni virtutem dirigit. a. Arist. 6. Ethic. 5. b. Plato Alcib. 2. in med. Parens, cuius virtus utpote c. Arist. 3. pol. 3. & in cum Giphano. bona opinio est d. Curt. 8. 8. 8. Republic. conservatur officium suum faciendo. In specie consideratur ratio republic. administr.

ri maledicens iniurius sit in civitatem, etsi l. non voce lædendus multominus manu, m. nec fas nec licitum regi inferre manus. Cuius inexpiabilis facinoris Christianis auditu, nedum cogitatu multominus facto horrendi à gente Christiano nomine indigna & plusquam barbara perpetrati exemplum præfens seculum tulit. Quæ Nemesin vindicem adhuc graviolem sentiet, Deus enim unctum suum haud ultum relinquet: Nec n. Tyrannus neminem superiorem recognoscens, gladio subditorum subiectus sit, & o. anceps est, cade se qualifunque Principis cruentare; Imò oo.

—res est gravis occidisse

Regalem stirpem.

Nam p. Principi summum rerum Dii iudicium dederunt, & q. meminisse debent temporum in quibus nati sunt, r. bonos Principes voto expetendos qualescunque verò tolerandos; ad preces & lacrymas vitæque emendationem potius fugiendum, quam vitæ superiori insultandum & sicut bonus Princeps in præmium datur, ita vicissim malus in pœnam, s. ferenda igitur ingenia Regum, qua t. quandoque interventu meliorum pensantur. (nec Princeps aut summus Magistratus concedendo particulas seu minora iura Majestatis subditis de suo iure remittens superioritatem cum illis dividere videtur, sed inprimis eo imitationem divinam, cum sponte id faciat, superioritatem tamen sibi reservat, ut ita quicquid sit à se solo dependeat & ad se solum referatur. Placet inferi quæstio an Princeps noster u. summus hominum, rectorque generis humani, sit legibus solutus? x. autoritatem B. memoriæ Clarissimi Berneggeri distinguendo sequentes, asserimus, quia eius solus Deus iudex esse potest, & ita legibus quibusdam scilicet Civilibus seu positivis quæ scita sunt superioris potentia solutus est; divinis verò, naturæ rectæ rationis & gentium tenetur, nec non fundamentalibus, quibus violatis imperium cui necesse est. Inferior, qui ex illo tanquam ex fonte potestatem

deri-

& seqq. Princeps manet concedendo etiam minora iura. u. Tac. An. 3. 58. 5. idem 5. 95. 5. x. quæst. 35. à quibusdam ill. solutus est, quibusdam tenetur. Inferiorem illius vicarius est. his in genere consideratur quod sit necessarius,

I. Grot. de I. B. & P. l. 1. 4. 7. m. Plut. in Agid. n. Schonborn. 2. pol. c. 40. o. Tac. An. 15. 52. 2. oo. Lipf. 6. pol. 5. 32. p. Tac. An. 6. 8. 5. q. Tac. Hist. 4. 8. 3. r. Tac. An. 12. 11. 3. f. Tac. Hist. 4. 74. 4. t. Arnif. tom 2. pag. 185.

derivatam obtinet, qui necessarius est, quia y. omnis ratio & institutio vitæ adiumenta hominum desiderat, inprimis in Monarchia, z. cum tam arduum cuncta regendi onus, ita ut Princeps suâ scientiâ omnia non complectatur, nec a. unius mens sit tanta molis capax b. gravissimique Principis labores, quibus orbem terræ capessit, indigent adminiculis; Imò c. superbus iudicabitur, si de sua unius sententia geret. Dein ad auctoritatem conservandâ quoq; facit d. temperatus recessus, cum e. ei plus venerationis insit, f. & nimia facilitas illam deminuat, g. Maiestatique maior ex longinquo reverentia. tandem, non se quibusvis iurgiis & litibus civilibus immiscendo. Nec minus in reliquis formis h. quum plures aut omnes simul sumti, qui Maiestatem obtinent, non possint munia Reipublicæ subire, inprimis si res ardua expedienda. Quæstioni hinc locus est, num peregrini indigenis sint præferendi? In quæstionum sententiam amplectimur, qui indigenis favent, quia omnis populus suo potius civi obedit, dum sperat eum vel amore patriæ ductum maiorem curam subditorum habiturum, hæcque naturali obligatione, & observantiâ tenentur omnes cives ad officia subeunda cum l. non solum nobis nati simus, sed partem partus nostri patria sibi vendicet, aut ut Jctus dicit, m. non tantum parenti sed & Reipublicæ nascimur. Neque eorum rationes probamus omnino, qui neglectum sui commodi obtendunt, & quod præ cura suis præesse nequeant, illi scire debent n. non disiunctam esse privatam utilitatem à publica, sed in communi singulare etiam contineri. Nec o. non probus Magistratus præ Reipublicæ cura privatarum obliviscatur, & melius est, ut etiam boni periculosum gerant Magistratum, quam ut Respubl. pessum eat. Neglectui verò privati subvenire Reipublicæ non unus est modus, & multos eo magis ad curam sui invitat, si quid red-hostimenti de Republic. benemeritis sentit, aut in magistratu defuncti heredes, p. cuius vigilantia omnium somnos, labor otium, industria delicias, &

B 3

occu- ff. de vent. in poss.

mitt. Esus causa etiam bonum privatam negligendum. n. Iamblich. o. Plut. in Cat. Max. Incommodo privato accepto ob curam publicæ, Resp. remuneratione subvenire debet. p. Sen. consol. ad Polyb., cap. 26.

y. Cic. 2. off. Monarchia z. Tac. An. 1. 11. 3. 22. Idem Ann. 3. 69. 2. a. Idem Ann. 1. 11. 2. b. Tac. An. 12. 5. 4. c. Liv. 4. 4. d. Lipf. 2. pol. 16. 10. e. Tac. Hist. 4. 65. 8. 1. f. Idem in Agr. 94. g. Tac. Annal. 1. 47. 3. h. Arnif. 1. pol. 1. & reli. quis for. 2. sic Indigena. l. Cic. 1. off. omnes civ. Res Resp. sua officia a præstare tenentur. m. l. 1. §. 15. ff. de vent. in poss.

occupatio omnium vacationem defenderat, benevolentia & singulari cura afficiantur; Agnoverunt hoc quædam Respublicæ, q. quod augustissimum officium sit persolvere debita iis, qui bene de Rebus publicis sunt meriti, exemplo est Atheniensis, r. Romana f. & nunc florentissima t. Venetorum, qua grata & munificæ erga patres existit, ut etiam in liberos eorum ea liberalitas propagetur, qui vel in toga vel sago utilem patriæ operam præstiterunt, & u. aquum est ut unicuique suus labor proficiat, x. quod tamen cum Reipub. magno damno multis in locis negligitur. Nec quem ingratitude civium deterreat, y. cum hoc com mune sit vitium in magnis liberisque civitatibus ut libenter detrahant de iis, quos mergere vident, ita ut vero Apophthegmate z. Themistocles filium suum docuerit, ostendens seniles rates in mari dispersas, eandem esse rationem eorum, qui officia publica gerunt, quos postquam emeriti sunt, non tantum neglectos sed & infortunis multatos videmus; nihil dicemus de ingratitude civium in a. Militiade, Themistocle, Phocione & aliis exercitâ. Non tamen ob ingratitude hominum à benefaciendo abstinendum; Et summè ingratus impiusque is esset, si talentum suum à Deo largitum in bonū publicum non collocaret, licet nullam gratiâ à Republica Magistratus in præsentem expectet, credat tamen Deum, cui iudicat, id refuturum, imò b. posteritas suum cuique decus rependet. Virtus Magistratus est amare quod Principi aut multis expedit, c. non cives ei dati sunt, sed ipse datus est civibus, nec servitutem civium traditam sed tutelam; mali ergo & improbi, qui in imperio non nisi imperium cogitant. Debet quoque qui aliis præponitur virtutibus excellere, partim quia Maiestatis repræsentat, partim verò quia ad exemplum datur, Nam hæc in re d. magis exemplo opus est quàm imperio, & sæpè e. quales principes sunt in republ. tales solent esse reliqui cives, f. recteque facere benefaciendo Magistratus docet; quid dicemus de vitiiis g. quæ non solum ipsi Principes concipiunt, sed etiam in civitate infun-

Seftigia  
florentiss.  
marum.  
rerump.  
q. Plut.  
d. ll.  
r. Plut. &  
Nep. in  
Arist.  
Insistendo  
& in sui  
amore  
f. Valer.  
Max. 5. 2.  
Liv. 18.  
pellucen-  
do  
t. Bemb.  
hist. Ve-  
net. 1. 2.  
Cam. 2.  
56.  
u. Cassiod.  
2. Epist. 33.  
x. Befold.  
Synopf.  
pol. 2. 3.  
y. Nep. in  
Chabr.  
z. Plut. de  
ger. rep.  
a. Plut. &  
Nep. in  
cor. vit.  
vitiis

Vitio non refundendum. a. Sen. 1 de benef. A quo quid habemus, ei acceptum feramus. b. Tac Ann. 4. 35. 3. 3. qua eius publica. c. Lips. præfat. 1. in pol. Virtutibus privatis excellere debet, quia lex est quibus proficitur. d. Plin. Paneg. 45. e. Cicer. 1. Epist. 9. f. Vellei 2. 129. 5. g. Cic. 3. de ll.

infundunt, plusque exemplo quam peccato nocent, hinc etiam ab omni suspitione peccati immunis esse debet. Hac occasione occurrit quæstio an Virtus vel Nobilitas spectanda in eligendo Magistratu? Licet gg. præsumatur de Nobilibus spes maior meliorque, quia h. neminem excelsi ingenij virum humilia & sordida delectant, hinc ii quoque; semper aliis prælati sunt; veruntamen cum multos degeneres & maioribus suis dedecoros invenire est, tutius consultiusque iudicatur virtutem hinc potissimum spectare, i. & cuicumque virtus est ei plurimum tribuere, l. gravem certè errorem erraverit vir politicus, si in rectore non requirat, qui sit, sed è quibus. Magistratus διοικη-  
tias vitium fugiat m. quæ excæcat animos & devincit ad sententiam iustitiæ contrariam dicendam: Optanda est mens Epaminonda, qui, cum eius abstinencia tentata esset, dicebat, n. se nolle pro patria caritate orbis terrarum divitias accipere; Dignum certè tali viro effatum! sed qui sunt inter Christianos qui hæc cogitant, aut legibus divinis o. & humanis interdictam pensitant. Detestanda est quorundam conniventia, qui permittunt liberis suis aut uxori munera accipere, tanta est malitia hominum & tam verfuta ad pallianda vitia, sed eo inconsideratior, quod non cogitat, quod, qui animo accipit, aut per alios, ipse accepisse videatur; alia erat mens Epaminondæ, qui clam corruptum puerum ad restitutionem corruptori adegit; non tamen omnia munera uno stilo perfodi volumus, sed p. quæ corruptelam causam non quæ gratitudinis, observantia, aut necessaria sustentationis exhibentur. Magistratui conveniens ingenium est mediocre, quia q. mediocres ut plurimum melius administrant, (qui non minus strenui sunt in rebus gerendis quam r. consiliis suppeditandis;) quàm acuti, qui f. disputare magis quàm suadere possunt, & tempus sæpe terunt milium quod dicitur terebrando, aptioresque sunt t. novandis rebus quàm gerendis. Magistratus alienus est Ordinarius alius Extraordinarius. Ordinarius qui ex lege est sine quo civilis societas haud diu potest consistere

Virtus nobilitati quandoq;

gg. Bernegg q. 31. h. Sen. Epist. 39.

præferenda,

qua non fallit eligentes,

i. Vellei.

2. 128. 3.

Plut. in Sulla Lips.

3. pol. 10. 6.

4. Ne sit διοικη-

m. Bernegg q. 85

exemplum Epaminonda sequatur.

n. Nepos in Epam.

o. Deut. 16. v. 16.

Neque per suos munera accipiat,

h. Bernegg.

d. quæst.

5. Ingenium

t. Curt.

nius convensiens mediocre, r. Thucyd. 1. 3. f. Lips. 3. pol. 4. 10. Not. 4. 1. 30. In specie vero del Ordinarius est.

salva. Hic Rempulicam iuvat vel Consilio vel Auxilio. Consilio & tum dicitur Senatus, quem, cum u. multa quæ naturâ sunt impedita consilio expediantur, x. pluraque in summa fortuna auspiciis & consiliis, quàm telis est manibus gerantur, meritiò præmittimus, quæ eleganter Sallustius y. completus, Ego, dicens, multa legendo, & audiendo ita comperi, omnia regna eousque Imperium prosperum habuisse, dum apud eos vera consilia valere. Monarchia Senatum expetit, quia Principis mens est, z. pauca unus aliquis videt, paucaque audit, multi esse debent Principis oculi, multaque aures, a. nec ullum maius boni Imperij instrumentum est. quàm bonus Consiliarius, qui non immerito pacis decus dicitur. Aristocratia seu status paucorum ipse ex Senatu constat, inque eo unice Senatus summam potestatem habet, ex cuius incolumitate status servatur. Nec status popularis eò carere potest, sicut factum apud Romanos, ubi b. aucto populo æquum visum, ex omnibus Senatum vice populi consulere, usus eius quoque magnus, ut c. præcipitantiam & furorem populi suâ tarditate temperet. Requiritur autem in Senatore seu Consiliario, quæ spectanda vel ante Consilium, vel in Consilio, vel post Consilium, Ante Consilium in delectu ratio habenda atatis, virilis scilicet. quæ authoritatem sibi experientia ingenioque gravi conciliat; Juvenem verò d. animo mobilem, e. mollem & atate fluxum, ex Senatu excludimus, quia ee. eius authoritas nondum est adulta, quæ f. ad suadendum plurimum valet, cum præsertim opinio de aliquo magis moveat interdum, quàm res aut ratio ipsa. z. Prudentia, g. prudentis enim hoc proprium munus arbitramur rectè consulere, quo pertinet cognitio morum, animorumque ne pro vincia; nec minimum prudentia argumentum suppeditat, administratio privata domus, sicut Basilus h. filium suum docuit: nam qui suis rebus male prospexerit, nunquam ille bene consuluerit alienis. In Consilio tenendum, i. quod in omni re consu-

u. Liv. 11.  
x. Tac. An.  
13.6.5.  
ratione  
officiorum  
qui in Senatu  
vel Consilio  
ut Se.  
natus hic  
que neces.  
sarius.  
y. de Rep.  
ordin.  
Monar.  
chia,  
z. Xenophont.  
1.8.  
Pædiæ  
a. Tac. Hist.  
4.7.6.  
Aristocr.  
ria,  
Democra.  
tia.  
Cuius re.  
quista  
sunt & c.  
b. 5.5. In.  
stit. de l.  
N. G. & C.  
c. Arnif.  
1. pol. 1.  
Ante con.  
siliium, ut  
i. atas  
conveniēs.  
d. Tac.  
An. 4.17.3  
e. Sallust.  
in Cat.  
ee. Tac. Annal. 1.46.1. f. Bernegg. quæst. 59. g. Arist. 6. Eth. 7. z. Prudentia.  
h. cap. 13. i. Plato in Phædro. In Consilio.

consulendi principium sit, nosse id de quo consilium institutum. Inprimis respiciat bonum illius cui consulit non proprium, l. privata enim res semper officere officentque publicis consiliis. Neque affectibus indulgeat, m. haud enim animus verum providet, n. nec raro pertinacia privati odij in publicum exitium stimulat. Videmus etiam quosdam naturâ ita pugnaces esse, ut o. tantum aliorum sententiis inconsideratè contradicant, & p. consilio licet egregio, quod non ipsi afferunt, inimicos, atque adversus peritos pervicaces; tantæque impudentiæ, ut sibi sumant, q. si quid authoritatis in ipsis est crebris contradictionibus destruere. Ordo sententiæ dicendæ varius servabatur, alius Syracusis quàm Romæ r. aut apud Germanos erat, quem hîc non anxie inquirimus, sed s. integrum cuique Republicæ relinquimus, quod ratio communisque usus ab antiquis temporibus recepit. Post consilium, t. optimum ac tutissimum Republicæ vinculum, Taciturnitas commendatur, u. nec res magna ab eo sustineri possunt, cui tacere grave; quam Persæ x. agnoscunt, hancque Romanos sanctè coluisse testis est Pompeius. y. Ad vulgi omnino ingenium inclinant, qui mulieribus loquaciores, z. commissa tacere nequeunt, sed consilia domesticis divulgant: Utinam Papyrium z. iuvenem prætextatum in arte silendi sequerentur. Siquidem a. Principum aures ita formatae sunt, ut aspera quæ utilia, nec quidquam nisi incundum accipiant Consiliarius caveat b. ne cum gentes variant. fortuna potius, quàm cum ipso Principe loquatur, Hephæstionisque exemplum, quicumque eo in loco est, sequatur, qui c. admodum iure ita moderatè usus, ut magis à Rege permissum quàm vindictum videretur. Raro d. eventus respondent consiliis, ne quis igitur ea ex illis æstimet, sed rationibus optima colligat, e. quæst. 58. consiliarius tantum potest, & valet, quantum homo effici autem & succedere feliciter id in fortuna, (vel rectius in Deo) situm est.

C Qui

t. Valer.

Maxim. 2. cap. 12. u. Curt. 4.6.6. x. Ammian. 1.21. y. Freinshem. in Curt. 4.6.6. Norandum 1. prudenter Consiliarius Principem moneat. z. Gell. 1. 23. a. Tac. Hist. 3.56.6. b. Tac. Hist. 1.15.7. c. Curt. 3.12.16. d. Forstn. hypon. 56. 2. Non ex e'gentu consilia iudicanda. e. Demost. Exord. 26.

l. Liv. 1.2.  
Affectibus  
caveat.  
m. Sallust.  
in Cat.  
n. Tac.  
Hist. 1.33.5  
aliorum  
consiliis  
recta ra.  
tione &  
utilitati  
o. Tac. Hi.  
stor. 1.39.2  
publica  
congruis  
ne contra.  
dicat.  
p. Tac.  
Hist. 1.26.  
4.  
q. Tac.  
Ann. 14.  
43.2.  
In ordine  
sententia  
dicenda  
gentes va.  
riant.  
r. Dio  
Cass. 1.59.  
f. Ber.  
negg.  
e. quæst. 58.  
post consi.  
lium Tac.  
iturni.  
tas.  
t. Valer.

*Auxilio hic Gel preficitur suscipit qui iudex est, isque sit. 2. a crimine immunit. 2. Iuris gnarius. f. Ambr. cap. iudicet in pr. 3. quaest. 7. g. l. 2. §. 43. A. O. I. 3. Affectus domes h. Alex. ab Alex. Genoduv. l. 3. cap. 5. 4. Aditum concedat. 5. sententiam ne facile ferat. i. De-moeth. Iudicet secundum conscientiam. l. Balduin. de cas. conscient. l. 4. c. 12. cas. 4. Iustitia administratio in distributione pramiorum. m. Tac. Ann. II. 7. 2. dignis & benemeritis. n. Besold. diff. de pram. cap. 1. & irrogatione penarum. o. Besold. diff. cap. 2. Respectus personarum quidam habendus. p. Bernegg. quaest. 60. Supplicia non sunt cummulanda nisi ex utilitate publica. q. Sen. r. de Clem. cap. 24. Tac. Ag. 19. 4. solius utendum. f. Arist. 5. pol. II.*

Qui auxilio Remp. iuvat, vel iustitiam, vel ærarium publicum, vel censum & censuram morum curat. Qui iustitiæ præest, Iudex dicitur, nec alius *f. iudicet de alterius errore, quæ qui non habet in seipso, quod condemnet.* Sit eius iuris, quod dicit, peritus, cum *g. olim patritio fuerit turpe ius, in quo versabatur, ignorare.* Affectuum expers, quod *h. Thebani præclaro hieroglyphico suis ostenderunt.* Accessu facilis & patiens, qui aliquid alterutra parte inauditâ statuit, licet æquum statuerit haud æquus erit. Sententiam non præcipitet *i. nihil enim tam contrarium est iudicio quam subito sine iudicio decernere.* Iudicet secundum *ll. ne prudentiorem iis se putet, nec à pœna ll. definita recedat.* Omnem quoque *l. iudicem indistinctè omnes controversias iudicare secundum conscientiam suam debere sentimus, & acta tunc sequi quando exploratissimæ suæ scientiæ respondent.* Iustitia administratur præmia distribuendo & pœnas irrogando. Cui *m. nihil à quoquam expetatur, nisi cuius fructus antepreviderit.* Præmiorum distributione opus est; in qua tamen ratio habenda; *n. pessima enim ea est, quæ cum danti, tum accipienti indignitatem affert.* Neque nimis vulganda, ne præmia desinant esse præmia, quod & nunc dici potest, de honorum largitione nimis frequenti. Imò & *o. pœnâ afficiendi pessimi ne vel factio vel exemplo noceant; & Reipublicæ interest, ne peccata maneant impunita.* *p. Is respectus personarum admittendus censetur, non qui affectu regitur, sed qui iudicio suscipitur.* Pœnæ non nimis frequentandæ, *q. quia Iudici haud minus turpia multa supplicia quam medico funera, nisi crescant delicta, r. expedit quandoque omnia scire, non omnia exsequi, & sapius pœnitentiâ contentus esse.* Multo minùs nova & inaudita excogitanda, *f. non alio sed patrio more oportet supplicia sumi.* Summa tamen Maiestas

stas aliquid sibi iuris reservet *sc. provocationis, ne neglectæ iustitiæ accusetur.* Qui ærarium publicum curat *Quæstor* vocatur, *r. quod pecuniæ inquirendæ & conservandæ creetur, in quo imprimis fides integra requiritur, quam Reipublicæ debet, & rationes pro instituto suæ Reipublicæ reddere tenetur.* Qui verò censum & censuram morum censor nominatur, *Census u. res saluberrima magno imperio, est descriptio civium facta, x. ut monumenta extent, quantum pecuniæ valeant, y. indeque quotannis tributa conferantur.* Censura necessaria est, cum *ll. definiri & cohiberi non possint omnia. z. iamq. olim optimum fuit visum non deesse corrigendi auctorem, si quid in moribus labat, quæ dicta, a. Magistra pudoris & modestiæ, Censor autem b. Magister veteris disciplina, & c. morum præfatus.* Huius munus describit pluribus *Amiratus d. & Plutarchus, e. cuius f. indicium damnato nil præter ruborem & ignominiam adferebat, adque hanc dignitatem g. non nisi integerrimis vitæ admittebatur.* Optimè ex neglectu censure utilitas apparet, ubi *h. rem moribus & vita utilissimam adeo oblivione obsoletam videmus, ut non modo non colatur, sed etiâ ignoretur. i. Imò ea oris duritiæ sunt homines ut depudere didicerint, multa que vitia pro virtutibus colant.* Mitior adhuc censura in Principis vita relicta videtur; quæ norma est, *m. secundum quam vitam & mores subditi conformant.* Sequitur *Magistratus, qui n. extra ordinem utilitatis alicuius gratiâ constituitur, & vocatur Curator, quia ad tempus durationis cuiusdam negotii eo officio fungitur, talis apud Romanos Dictator, nunc verò Legatus est, qui ultra mandatum, nisi expressâ speciali concessione superioris nil agere potest.* Magistratum cura versatur, vel circa cives, vel circa res; circa illos vel educandos, vel incolumes conservandos, vel honestè sepeliendos. *o. Ut in semente spes posita est mensis ita totius reliqua vita expectatio à pueritia educatione*

*C 2*  
*pendet non minorem utilitatem neglectus docet. g. Schonb. 3. pol. 10. h. Cic. 5. de rep. i. Sen. de Const. ad Seren. cap. 17. reliqua est in suis superiorum. l. Plin. in Paneg. cap. 45. m. Besold. de Cens. 4. Syrach. 10. v. 2. n. l. 2. §. 33. de O. I. Extraordinarius ut antea Dictator, hodie Legatus. Cura que versatur vel circa cives ipsos, vel Educandos quod necessarium, o Besold. de educ. cap. 2.*

pendet, cuius tanta vis est, ut p. probè educatis, l. opus non sit: Imò q. omnes l. inanes sunt, nisi iuventus rectè instituatur. Et cum r. humani generis sicuti caterorum omnium præcipua in cunabulis custodia sit, in primis parentes curent quo statim à partu liberos moribus imbuant honestis, & ne tam s. cæcæ mentis sint, ut quod in cateris vident animantibus in pignoribus suis aut negligant, aut nesciant. Nec non institutione opus, t. quæ benè nata meliora reddit & prava corrigit, quo sensim ad quæque bona affuefiant. Ea vel est Privata vel Publica. Privata parentibus incumbit, ob quam aut neglectam aut non rectè institutam iuste tanquam non solum in liberos sed & reip. iniuriæ notantur. u. Curent quoque summopere ut iuxta Iuvenalem x.

Nisæ dum dictum visuve ea limina tangat

Intra quæ puer est.

Et insti-

tuendos

tum pri-

vatim.

t. Arnif.

1. pol. 18.

u. Arist. 5.

pol.

x. Satyr.

14.

y. Iam-

blich ap.

Stob.

serm. 46.

tum pu-

blic. qua-

prefer n-

da ob con-

tiliatione

firmis-

marum a-

micstia-

rum.

Didactici

Informa-

tores a len-

di & in honore habendi, studia non sine ratione tractanda. z. Tac. Ann. 11. 7. 4. a.

Tac Hist. 4. 5. 3. b. Barcl. d. l. Ingenua ad studia consecranda sunt deligenda. c.

Bernegg quaest. 62. Ignava mendici & Valida omnia negotiis interrumpenda. d. Ca-

mero cent 2. med. hist. c. 74. Vel Incolumes conservandos aut curandos. dd. Befold, in con-

fid, vit. & mort, Schonb. 4. pol. 5. Vel honeste terra condendos.

Publica Magistratui qui tanquam nutritius satagat, ut y. quicquid in honore est augeatur & crescat; publicas Scholas erigendo nempe eis que summos viros præficiendo, stipendia subministrando, z. sublatis enim studiorum pretiis, studia etiam pereunt. In quorum tractatione cum multum resideat existimo eos optimè sibi consulere, qui rationem in studiis vitæ ubi viri evasent agenda habent, non enim speciosa, sed quæ utilia sunt, discenda suadet. Euripides, a. quo quis firmior adversum fortuita Rempublicam capeffiat. Quoniam b. sua quemque natura in studia abripiat, ad quæ potissimum factus est, delectus verò instituendus & ad ea ducendus quo rapitur amore. c. Multos in pueritia neglectos, nomine mendici segni otio adsuetos atque ad quævis vitia pronos civitates gravare videmus, resque præclara esset, si quævis civitas suos pauperes aleret, reliquos robustos ad opera cogeret, & ita hoc onere levarentur: cui rei rectè suo tempore d. Carol. M. Imper. laud. mandato consuluit. Porro quoniam cives morbis subiecti sunt cura Magistratui incumbit, scientiâ & usu claros poliatros honore & beneficio dignos conservare, qui consilio & auxilio civibus præstò sint. dd. Nec denique negligenda di & in honore habendi, studia non sine ratione tractanda. z. Tac. Ann. 11. 7. 4. a. Tac Hist. 4. 5. 3. b. Barcl. d. l. Ingenua ad studia consecranda sunt deligenda. c. Bernegg quaest. 62. Ignava mendici & Valida omnia negotiis interrumpenda. d. Cmero cent 2. med. hist. c. 74. Vel Incolumes conservandos aut curandos. dd. Befold, in confid, vit. & mort, Schonb. 4. pol. 5. Vel honeste terra condendos.

est cura mortuorum, sed ut cives honeste sepeliantur, neminique sepultura denegetur, (nam si cadaver insepultum relinquatur contumelia afficitur ipse natura conditor) nisi violentas manus nulla interveniente morbi causa sibi inferentibus; sumptus funebres quoque moderandi, ad quid enim e. funerum illa ambitio. Jam quæ cura sit circa res videndum; quæ vel Eccl. Gerim. 27. clericæ vel Civiles, illarum præcipua est religio f. vinculum & fundamentum societatis. g. Cum civitatis urbs sine solo quàm sine opinione de Diis constitui aut constituta servari posse videatur; beata sane illa, quæ sincerâ caritate & religione auctorem omnium Deum iuxta patefactum verbum colit. Quia verò h. Magistratus Deo non sui tantum, sed propter Ecclesiam quàm à Christo tuendam accipiunt reddituri sunt rationem, summa ergò ei tribuenda est cura & potestas, cui i. Deus custodiam omnis l. commisit, distinguendo tamè inter eorum, quæ ad cultum divinum pertinent, administrationem, & externam dispositionem, quæ Magistratus propria, religionem suam testimoniis S. S. literarum confirmatam & exploratissimæ conscientiæ suæ probatam subditis suadendo in Remp. suam introducat; Scholarum piarum institutione, ac propagatione, nec non ministrorum idoneorum cum consensu totius Ecclesiæ constitutione conservet, ut denique cuncta in republ. tranquillè, ordine & sine læsione conscientiæ fiant. Optandum esset, ut una eademque vera religio, quæ homines vicem devincit, in rep. floreret, l. quia autem universalis ille consensus vita hac vix sperari potest, m. hæresesque esse oporteat ut manifesti fiant, qui prohi sunt, dein n. quia satius est qualem rempublicam conservare, quàm eandem vehementius concutere & evertere, Magistratus diversitatem altè iam radicatam ferat, non autem ornet & iuvet, Hoc præcipuè tempore vigilandum est, quo quidam religiones conciliare (vel potius confundere) conantur, & syncretismum in republicas introduce-

C 3

re ac

da Scholas propagando, ministros constituendo & disciplinam Ecclesiasticam exercendo, l. Befold. tract. de Relig. Diversitas religionum in corrigibilis ferenda, m. 1. Co. Finth. 11. v. 19. n. Bernegg. quaest. 46. Syncretismus omnimodo detestandus.

e. Tac.

Gerim. 27.

1.

Circa res

qua vel Ec.

clerical.

ut religio

f. Plutar-

contra

Colot.

g. Plut.

d. l.

ubi agitur de

puta do-

ctrina in-

roducen-

da

Magistra-

tus eam

potestatem

hic habet

h. Ididor.

l. 3. c. 53. de

S. B.

quam pa-

terfam. in

sua domo

i. Gerh.

LL. Theo-

log. tom-

6. de Mag.

pol.

suadendo

non impe-

rando.

confer. & a-

re ac si alio modo pax publica conseruari haud possit, asse-  
rentes religiones in fundamentalibus parum differre,  
quã in re tamen toto cœlo errant, o. Potest equidem,  
pax firma politica constitui inter subditos diversæ religio-  
nis etiam sine syncretismo, p. quippe qui per se malus.

o. Gerhar. *Rerum civilium præcipua est. Aerarium q. quod bonis malisque*  
LL. Theo- *temporibus aquivalet, & r. nervus Reipublic. dicitur, s. sine*  
log. de *quo nec institui, nec melior reddi potest, ob cuius neglectum. resp.*  
Mag. pol. *Lacedæmoniorum ab Arist. rectè notatur t. Locuple-*

p. 1. Cor. *tandi modus I. est. Tributum ornamentum pacis & subsidium*  
5. v. 6. A- *belli u. rebus indici solet, cum x. nec quies gentium sine*  
poc. 3. 15. *armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queant.*

2. Cor. 6. *2. Capiti census, qui personis rerum inopiã laborantib. im-*  
v. 14. Eph. *ponitur. Omnem subditũ teneri tributum, quod y. est signũ*  
4. v. 5. *subiectionis, præstare, manifestũ est, non exemptis Clericis*

q. Tac. *(qui nullam aliam causam a. exemptioni suæ prætexere pos-*  
Hist. 1. *sunt quàm Principum conniventiam, quæ tamen corrigi*  
Sel es les *potest, si quid huiusmodi contra ius & utilitatem publicam*  
quarum *concessum est, ut generaliter non valeat; ) b. per absur-*

summa *dum enim fuerit infavorabilibus pro membro reipub. se venditare, in iis*  
ararium *autem quæ ad conservandam reipublicam contribui debent, extranei*  
est, quod *locum velle subire, nec ferendum ut qui lucrum amplectitur, onus subire*  
locuple- *recuset. 3. Vectigal, quod propter usum viæ publicæ solvitur,*  
tandam *hocq; modo subditi à nimia impositione aliquantulũ levã-*  
modis la- *tur; graviusq; aliis imponendũ res necessarias evehentibus*  
gittimis *velluxum promoventes invehentibus, c. inque illud ma-*  
ut sunt *ximè incumbendum ut ex tributis & vectigalibus artificiosè positis vitio-*

r. l. 1. S. in *rum occasiones inhiuantur. 4. Parsimonia d. nulla enim expedi-*  
causa ff. *tior ratio augendi census est, quàm detrahere quotidianis sumptibus &*  
de quaest. *dd. magna opes non tam capiendõ quàm non multa perdendo quarun-*

f. Obrecht *tur. Cæterum e. cum Maiestas non solùm per Magistratum rē-*  
tract. de *publ. regat, sed & per leges f. in quibus salus civitatis sita est, restat*  
arario. *ut eas*  
t. 2. pol. *ferantur. r. Iur. Conf. Hung. sect. 7. proleg. f. Liv. 44. pauca, sint breves, per-*

1. *spicua, t. 1. 3. 4. 5. & 6. ff. de LL. n. Sen. Epist. 95. x. Tac. Ann. 3. 27. 5. y.*

1. Tribu- *Plin. panegg. cap. 34. z. Auth. part. 2. Coll. Iur. Rom. & Hung. sect. 1. th. 32. scri-*  
tum. u. *ptura non est de essentia legum. Vel ratio conseruationis. Cunctis hisce subiciuntur*  
omnibus anima de Cens. 2. Capiti census. a. Arnif. tract. de exempt. Cler. cap. 4. b. *causa proxima mutationis Respubl. qua*  
Bernegg. quaest. 194. 3. Vectigal. c. Nicol. Biefius. 4. Parsimonia. d. Erasim. *ferantur. r. Iur. Conf. Hung. sect. 7. proleg. f. Liv. 44. pauca, sint breves, per-*  
dd. Dion. l. 52. e. Arnif. l. pol. 1. His omnibus adiunguntur leges quæ necessariae. *spicua, t. 1. 3. 4. 5. & 6. ff. de LL. n. Sen. Epist. 95. x. Tac. Ann. 3. 27. 5. y.*  
f. Arist. 1. Rhet. in Rep. *Plin. panegg. cap. 34. z. Auth. part. 2. Coll. Iur. Rom. & Hung. sect. 1. th. 32. scri-*

1. Tribu- *ptura non est de essentia legum. Vel ratio conseruationis. Cunctis hisce subiciuntur*  
tum. u. *causa proxima mutationis Respubl. qua*

omnibus anima de Cens. 2. Capiti census. a. Arnif. tract. de exempt. Cler. cap. 4. b. *ferantur. r. Iur. Conf. Hung. sect. 7. proleg. f. Liv. 44. pauca, sint breves, per-*  
Bernegg. quaest. 194. 3. Vectigal. c. Nicol. Biefius. 4. Parsimonia. d. Erasim. *spicua, t. 1. 3. 4. 5. & 6. ff. de LL. n. Sen. Epist. 95. x. Tac. Ann. 3. 27. 5. y.*  
dd. Dion. l. 52. e. Arnif. l. pol. 1. His omnibus adiunguntur leges quæ necessariae. *Plin. panegg. cap. 34. z. Auth. part. 2. Coll. Iur. Rom. & Hung. sect. 1. th. 32. scri-*  
f. Arist. 1. Rhet. in Rep. *ptura non est de essentia legum. Vel ratio conseruationis. Cunctis hisce subiciuntur*

ut eas, quatenus politicæ sunt, g. normæque civilium  
controversiarum existunt, consideremus; eam certè Arist.

remp. esse negat h. ubi ll. exulant, interitumque ei infallibilem de-  
nunciat Plato. i. Nituntur autem r. l. ratione ex Philo-

sophia intima sc. iustitiæ distributiæ & commutatiæ pe-  
titã, 2. enim m. quæ alium quam hunc fontem agnoscunt,

ne ll. nomen merentur, sicuti iustitia, iustitia non est sine ratione ita nec  
ll. Authoritate, illius penes quem lumina rei est, n. ll. enim obedi-

tur non propter rationem sed præcipuè propter voluntatem præcipientis,  
quæ sunt, o. inssa seu scita summa potestatis. Requiritur

etiam quo subditos obligent promulgatio, ut inde voluntas  
præcipientis cognosci possit antequam enim sciri non pot-

est non valet. Omni legi pœna annexa est, quia p. fru-  
stra sancita est quæ impunè violari potest. Non omnis lex absolu-

tè bona est, q. cum accommodanda sit reipublicæ exque  
ea diiudicanda, bona tamen, quatenus utilitatem & salutem

tuæ reipublicæ spectat, r. Leges non privato commodo, sed pro  
communi civium utilitate conscribantur. f. nulla enim lex omnibus

satis commoda est: id modo quaritur, ut maiori parti & in summa pro-  
fit, deque t. iis ferantur quæ frequenter & ut pluri-

mum evenire possunt. Sint breves u. quæ inbeant non  
disputent, & pauca x. corruptissima n. est resp. ubi plurima ll. y. g. entur

verendum ne ll. fundata civitas ll. evertatur, nec non perspicua,  
quo ab omnibus facile percipiuntur. Non quidem ad ef-

fentiam ll. est scriptura, z. quippe cum aliquando ab ef-  
se possit. utilis tamen est, quod nulla memoria legibus suffi-

ciat, nec sermo loquentis tam facile observari aut emendari  
possit, quia celeriter transvolat, de earum mutatione infe-

rius pauca dicemus. Hucusque paucis administra-  
tionem consideravimus, quæ si rectè instituitur & curetur,

nemo *q. Arist. 3. pol. 7. Canonh. disc in Tac. p. m. 223.*

g. l. 2. ff. de LL. h. 4. pol. 4. i. de LL. l. Arnif. 1. pol. 17. m. Iur. cõ- suct. Hung. sect. 11. Prolog. arg. 1. c. consort. dist. 1. Constant ratione Authoritate.

n. Hobb. de cive.

o. Arnif. 1. pol. 1. promul- gentur

p. Hobb. d. l. incommo- dum om- nium

q. Arist. 3. pol. 7. Canonh. disc in Tac. p. m. 223.

nemo dubitabit, quin resp. in felici suo statu conservetur. His omnibus præmissis ordo nunc monet, videre ea, quæ & felicem statum reipublicæ impediunt, & eius mutationem minantur. Sunt autem inter alia *seditio, quæ difficilior evitatur, quàm externum malum*; hæcque varias potest habere causas quæ proximæ appellantur, ut *Invidia*, dum *yy. quis agris occupatis alienam felicitatem intuetur, eaque vel ex honore nascitur, & dicitur ambitio*, *zz. cum quidam uni vel pluribus omnia omnesque honores deferri & tantum*

*a. Illum spectari claroque incedere honore.*

graviter ferunt; vel ex divitiis, quæ non tantum *b. principibus offensæ, & c. ad alliciendam cupidinem multis exitio sunt*, sed & in statu populari *d. pauperes non aequo animo alienam opulentiam fortunam intuentur. & e. raro ulli homini contigit, ut felicitas eius effugerit invidiam, hinc f. facilius inveniuntur qui vituperent divitias quam qui fastidiant.* Incrementum vel u-

nus, *g. qui magno honore ornatus subiicere se recusat, sed cum Jafone ad imperium adspirat, vel totius ordinis, ubi quidam ordo civitatis ultra suam proportionem crescit, ita ut hoc modo facile sibi subiicere & remp. suam facere possit, quod plerumque in Democratiis fit, idque vel sensim, vel*

*casu. Metus h. malus diuturnitatis custos, nec ulla vis tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna, fit vel à quibusdam iisque vel privatis, i. quibus omnia presentia displicent & afflictæ fides in*

*pace, vel in Magistratu positæ dum administrationis rationem reddere metuunt. Vel ab aliquo ordine, cum is l. qui alteri nocere cogitat, timet, ne si id fecerit, ipse adficiatur aliquo incommodo & superetur. Contemptus, quæ vel ex negligentia civium oritur, cum Magistratus, quibus præsens status odio est, mandantur, atque ita cupidi alius armantur, vel*

*ex neglectu reip. cum omnium rerum incuriosus Princeps est, & m. levi auditu quamvis magna transmittit, vel ex pravæ moribus imperantis*

*Invid a  
Vel ex honore dene-  
gato  
yy. Tac. ih-  
stor. 2. 26.*

*4.  
zz. Giph.  
Comm. in  
Arist. 5.  
pol. 3.*

*a. Lucret.  
lib. 3. init.*

*b. Tac.  
Ann. 11.  
1. 2.*

*c. Idem  
Ann. 16. 4.  
2.*

*d. Nepos  
in Chabr.  
Vel ex di-  
vitiis.*

*e. Sen.*

*f. Tac. O.  
88.  
Vel incre-  
mentum  
unius,*

*g. Arist. 5. pol. 3. & Arist. 2. pol. 4. Vel ordinis, h. Cic. 1. off. Vel Metus privati,  
i. Tac. Hist. 3. 85. 2. Magistratus, l. Cic. d. l. ordinis. contemptus ex socordia ratione  
civium in elect. Magistr. ratione imperantis in administratione. m. Tac. Hist. 2. 59. 3.*

perantis *n. cum se per licita & illicita sædat, o. luxui & sagina mancipatus, ac ita p. despiciabilis occasiones insidiantibus præbet; vel ex aliis iudicio sapientum levioribus, vulgum tamen maximè commoventibus, quæ q. sæpe irrivui & fastidio sunt, Imperatores formæ & decore corporis (ut mos est vulgi) com-* *n. Tac. Ann. 15. 37. 4.*  
*parantibus, nec raro res adversæ auctoritatem minuunt, r. cum prosperis rebus ad obsequium certantes adversam fortunam ex aquo detrectant. Contumelia, gravis iniuria Imperantium, cum in o. Tac. Hist. 2. 71. 2.*  
*corpus subditorum, quæ maximè ad vindictam excitat, quod Philippus Rex Maced. f. & Tarquin. superbus t. sen-*  
*ferunt, tum in eorundem bona, dum imperans u Popli vorus subditos tributis & exactionibus illicitis emungit, cum ta-* *p. Arist. 5. pol. 10.*  
*men x. avaritiâ nullum vitium tetrius, præsertim in reipublica gubernatoribus, & y. populo pecuniam eripere idem sit quod vitam,* *q. Tac. Hist. 1. 7. 5.*  
*quia z. pecunia anima & sanguis est mortalibus. a. plusque sibi invidia quam virium pecunias acerbè conquirendis addit, & tan-* *sæpe fortuna ad ver-*  
*dè aa. populus magis avaritiâ, quàm obsequij impatientiâ pacem exuit. Conspiratio humilium & abjectorum hominum, qui spe præ-* *sa parie contem-*  
*dx, b. quibus ob egestatem maxima peccandi necessitudo, allecti in vi-* *ptum.*  
*tam Imperantis aut in statum coniurant. Modicum seu par-*  
*vum non curando, quando hoc concesso nil amplius reip. r. Tac. Ann. 2. 97. 3.*  
*decessurum putatur; Quod in Democratia maximè accidit, ubi vulgus imperitus, & c. facilis ad credenda & accipienda*  
*nova, non videt quid in parvis initiis intersit, quique d. sine* *Enimvero*  
*rectore pavidus ac socors à Demagogis facile auribus patitur du-* *lia in cor-*  
*ci: Hi sui boni causâ vel occultè agunt adulando populo,* *pus.*  
*vel apertè exstimulando adversus nobiles. Dissimilitu-*  
*do hominum, cum multi peregrini linguâ & moribus dissi-* *f. Iustin. 9. 9. 4.*  
*miles, quæ causâ plerumque exitii est, recipiuntur. Hisce recensitis doctiores politici mutationem religionis, & alie-* *t. Flor. 1. 6. 9.*  
*næ institutionem adiiciunt.* *& bona civium.*

Contra has reipublicam destruentes causas, prudenter hæc opponenda videntur remedia. Quæ vel præservati-

D

va vel *u. Homer. Iliad. v. 231. x. Cic. 2. off. y. Lips. 4. pol. 11. 50. z. Antiph. Comm. apud Stob. serm. 89. a. Tac. Hist. 3. 76. 4. Conspiratio seu coniuratio. aa. Tac. Ann. 4. 72. 1. b. Tac. Ann. 3. 40. 3. Modicum parvi æstimando. c. Tac. Hist. 1. 19. 3. d. Tac. Hist. 4. 37. 1. quod Demagogis commodum, Dissimilitudo, Mutatio religionis. Remedia his subiungenda quæ vel præservati&a, minimum non spernendo.*



- va vel curativa. *Præservativa*, quorum in genere est *Industria* Magistratus in rebus quantumvis minimis observandis, cum e. Curt. 6. 3. 11. e. *parva sæpe scintilla contempta magnæ excitet incendium, f. nec Flor. 3. 5. quidquam tam leve est, quod non magna interdum rei momentum faciat.* 14. Maximè hic vigilet Magistratus, g. *omne malum nascens facile opprimatur, inveteratum fiat plerumque robustius, ut malum in herba suffocetur.*
- g. Cicer. Præterea cum auctoritas Maiestatis ex firmitate *legum* pendeat, & earum Philip. 5. h. *Sic ac potestas infirma reddatur facili mutatione, igitur i. satius est ita esse constitutas, qui ceteribus omnis facultas desciscendi adimat, aut si publica utilitas mutationem postulat, non ex levi causa, sed inevitabili necessitate* h. Arist. 2. id fiat, videndum, alias enim k. *utiliora sunt, quam in suo statu eademque pol. 6. manent, nisi deteriora his, quæ per innovationem vel meliora inducuntur.* In specie verò *Industria*, quæ l. *parvis magnisque civitatibus commune* i. Arnif. 2 pol. 5. *est, occurrendum, vel ex honore ortæ, ut pro forma Reipublicæ cuius* non facile mutando *civi ad honores pateat aditus, vel ex divitiis, & tunc vel instituendo censu pro possessionum modo, vel plus inferendo in ærariū, m. vel rectè & modeste leges. habendo. Potentia nimia unius personæ vel partis alicuius civitatis, In specie prævertendum vigilandi cura n. ne quis ultra modum crescat, cumque Veo non cuiusvis hominis sit secundam ferre fortunam, parvis iidemque diuturni honores dandi potius, quam sibi magni, dein nec uni Magistratum tanta concedatur potestas, quo consuetas reipublicæ actiones impediatur, ubi vero pari una excedat, tunc ei Magistratus non mandentur, sed contrariis, ne his aucta reliquis opprimatur, aut si potest fieri inter se misceantur, ne ullum discrimen agnosci poterit. Contemptum, si Magistratus, erga subditos, quorum favor amor auget, andus est, se rectè gerat, idque o. firmissimum imperium est, quo obediens gaudent, & civibus officia lucrativa, concedat, qui commodum privatum reliquis externis bonis præferunt. Contumeliam, si corpori subditorum nullam injuriam inferat, vel bonis, et si m. Tac. A. 4. 44. 1. p. sine tributis Respubl. conservari non possit, tamen quantum potest paciendum est, cum Bono Principi q. pluris sit subditorum opulentia & Nimia medela, quam reditus. Non novis oneribus turbent, vel r. subinde novas unius, sinus & nova prædandi vocabula exquirant. Quod si verò summa necessitas augere cogat, videant, quo f. rasso quæstuum & necessitas erogationum inter se congruant, atque ita necessitate sublata tollant auctorem. niendo. Conspirationi occurrendum occultarum coitionum prohibitione, ab hoc enim genere summum periculum est, t. si cætus concilia & secretus consilia.*
- n. Arist. 5. pol. 8. *favorem vite subditorum obtinendo, o. Liv. 8. alios iniuria non afficiendo, & exactiones nimias fugiendo. p. Novell. 149. c. ac sane. q. Novell. 165. Atque ut r. Tac. Ann. 4. 6. 3. f. Tac. Hist. 4. 14. 5. t. Tac. Ann. 13. 70. 3. Occultos congressus vetando. Liv. 34.*

*fluctuationes esse sinat. Dissimilitudinis verò hominum, si statim quam prius mutacionem religionis vel introductionis falsæ, contemptus divini verbi vel e- lectitorum operum prohibitione. Curativa remedia sunt, u. quæ causas ingravescentes amputant, & morbum tollunt, omnia tamen prius experienda sunt, quam ad ultima descendendum, & consultum est, defectio- nem molliorem eo casu convenire, sique fieri potest facunda efficacique o- ratione ad officium reducere. Nec non furoris auctoribus rationes obii- cere, quo à seipsis ruant. x. Sunt qui consulunt, ut opibus poten- tiâ & gratiâ maximè pollentes, xx. (cum causa atque origo omnis penes aucto- res sit reliqui contagione insensant.) y. specioso aliquo prætextu legato- nis seponantur. Talis modus erat z. apud Athenienses Ostracismus à calculis sive testis, a. apud Syracus. Petalifinus à foliis, quæ suffragiis adhibebantur, dictus. Qui tamen absolute non probatur, cum bonæ rei publicæ sit virtute claros fovere, sed quatenus ad status sui conservationem facit. Sin verò ad ultima deveniendum, tunc more maiorum in auctores animadvertatur, b. ut ad omnes metus, ad paucos pœna pergensat, & c. acquiscant, si unus aliter se maxime promissu subvertantur. d. Aucta po- testas, divisione inter plures, aut opponendo ei alium Magistratum, qui fa- cultatem eorum acta impediendi habet, impediri potest. Max- mum autem præsidium quo respubl. ab omni vel futuro malo præservatur, vel præsentis curatur, est supremi Numinis benignitas, siquidem Deus est, qui non tantum regna contra externos hostes defendit, sed & consilia Ma- gistratum ita dirigit, ut sæpe non quod volunt, sed quod Reipubl. expedit decernant. Imò quando propter nefaria scelera rempub. punire decrevit, tum varia prodigia signa ostenta & alia insolita, quibus quam maximè ho- mines terrentur, ad agnitionem supremi Numinis suorumque peccato- rum detestationem commoventur, præmittere solet, ut vitam emendent, & imminens pœna vel avertatur, vel lenietur. Si igitur Magistratus & sub- diti suum facient officium, fiet ut tranquillam & securam vitam in honesta- te agant. Essent quidem adhuc plura commentanda. aut di- cta clarius discutienda, ni tenuitate ingenii, angustiaque instituti admone- remur, hic pedem figere, & Lectorem benevolum amice dimittere. Iam e. Soto finiendum est: Teque alme Deus, devotâ mente veneror, pro concessâ gratia directrice, tuo numini hoc quidquid est acceptum fero, & precor f. des Reipub. gubernatoribus usque ad finem vita quietum & intelligentem humanis divinisque iuris mentem, quo te summo gubernatore cuncta in salutem publicam & nomi- nis tui gloriam regant & gu- bernent.*

Mores pri- rios sua- dendo. Parâ reli- gionē am- plectendo. Curatâ ubi seditio Civis cap- sit, fit vel u. Arnif. 2. pol. 5. multitu- dinem ad officium reducendo x. Clapm. 2. de arc. rerump. xx. Liv. 28. z. Tac. Hist. 1. 13. 4. Vel aliò ablegando auctores, z. Arist. 3. pol. 9. a. Diod. Sicul. 1. 11. b. Cic. pro Cluent. c. Tac. Hi- stor. 1. 34. 4. Vel pote- statem Ma- gistratus d. Arist. 5. pol. 10. e. Vellei. 2. 131. f. Tac. Annal. 4. 38. 4.

*Humanissimo & Politissimo Domi-  
no Disputanti.*



Vm *Civem* assiduo, *Vörös* dilecte, labore,  
Componis, doctâ & voce tueris eum:  
Barbarie victâ, sic tandē, chare, triumphas,  
Atque caput cingit querna corona  
(tuum.

*amoris Ergò*

*apposuit*

Præses.

---

SEu muri, & lapidum longe firmissimus ordo  
Urbem conservant constitutumque suam,  
Seu vis consilii, & (quod credidit Atticus ille)  
Robusta ac concors mensque manusque virum,  
Urbes Modra. Tuum quæ & protegis aggere Ci-  
(vem,  
Nec minus impavido mœnia cive replas.  
Hos inter penitus tibi se *Vörösus* omni  
Conatu in Patriæ commoda certa dicat.  
Otia qui & luxum seriò eiuravit inertem,  
Olim hæres laudum possit ut esse Patris.  
Tu civem cape, quem nunquam te ornasse pigebit,  
Si qua est auguriis omnibusque fides.

*Fec.*

Johannes Christophorus Rauscherus,  
Viennâ Austrius U. J. Doctorandus.

HActenus occultis mansit Tua Musa latebris,  
Nunc oritur lumen suave patensque tibi.  
Laudibus eximiis dignum Te reddis *Amice*,  
Docte fructiferos enucleando libros,  
Namque *Parentis* habes *Magni* primordia, cuius  
Ingenii dotes æquiparare studes:  
Pergito; fac in Te pietas doctrinaque certent  
Porro etiam ut Patriæ commoda multa feras:  
Te Deus ad similes productum tollat honores  
Et vitæ tribuat gaudia multa tuæ.

*Ita gratulabundus applaudit*

*Consalino suo suavissimo.*

Gergius Samuel Hasenloffius,

---

DVm de ordinanda Civitate differis,  
Spem Patriæ firmas tuæ isto pignore,  
*Amice Vörösi*: sibi quæ, quam paras  
Magno scientiam labore, vendicat,  
Omneque non vano suis iam destinat  
Rebus. Deus te servet, ut tantam impleas  
Fiduciam, & verbis quod aptè nunc, benè  
Aliquando præstes re: quoque ipsa Patriæ:  
Quam prædicabit, præco virtutis tuæ,  
Orbis, beatam Consilii fulcro tui.

*Promptiori animo quàm calamo Amico suo & Conterra-  
neo dilecto gratulabundus scr.*

Johannes Andreas Preininger,  
Sempronienf. Hungar.

**O**rdine componis cives Rectoribus, urbem  
Constituens, quâ sit iusque fidesque potens.  
Hac erimus cives, ô *Vörös*, iuris amator  
Candide, sic tamen ut non sit in *Vtopia*.

*Amici affectus testandi causa  
adiicit*

Johannes Christophorus Tuzentaller,  
Pofon. Hungar.

**D**um *Vörös* tentas veræ depingere formam  
Urbis: quid civem condeceatque bonum.  
Doctè conscribis: monstras his omnibus ipse,  
Te verè studiis invigilasse Tuis.  
Gratulor his ausis; constanter dummodò pergas  
Acceptus patriæ Tu quoque civis eris.

*Ita gratulabundus occidit*

Johannes Ernestus Auer,  
Pofon. Hungar.

**V**rbem quis deceat status, & qualis quoque civis  
Debeat esse; dum differis optimè *Vörös*,  
Ritè Paternarum, sic æmulus esse laboras,  
Virtutum, & Patrii decoris vestigia quæris.  
Insta; fructus erit Patriæ, Tua lausque decusque.

*Sic congratulatur*

Johannes Jacobus Auer,  
Pofon. Hungar.

**D**AEdala collaudatur apis, quia ne stare dulci  
Cellas distendit, quod sedulitate paravit  
Magna, summorum volitans per germina florum.  
Illud enim nobis non ipsis commoda præstat,  
Et nobis non ipsis est medicina salubris.  
Hinc sapiens ipsas sistit ceu dulce laborum  
Exemplar, nos ut mores imitemur earum.  
Huncce Tuum foetum, Mi *Vörös*, quando *Lycæum*  
Perpendo, cogor Te suavis dicere favi  
Lectorem; Scribis permagni munia Regis,  
Verbis facundis, nervosis atque rotundis;  
Atque stylo simili describis munia civis.  
Scilicet ex mutis hausisti plura Magistris,  
Qui, succo pleni doctrinæ, Te docuere  
Cura Magistratûs quæ sit, quæ iura Potentum  
Sint Regum, subiectæ quæ sit gloria plebis.  
Artes arcanae quæ sint, quæis publica constat  
Res, quæis augetur, conservaturque caditque.  
Quidque cohors proficit Prudentû, quidque Ministri  
Conducant alii, pacis vel tempore belli.  
His etenim de rebus magna volumina clari  
Conscripsere Viri, quæ nocte dieque legendo,  
Scrutando, attente meditando mente fideli,  
In nutrimentum vertisti mentis acutæ;  
Ut nunc callueris chartis includere paucis.  
Sic pergens PATRIÆ præstabis commoda multa.  
Atque Tuò pietas quoniam coniuncta labori,  
Quod cupis eveniet. Pietas moderatur habenas,  
Quas laxat fervor, ne præcipitanter eamus  
Actibus in vitæ civilis, consiliisque.

Faxit

Faxit sancta Trias, cuius stant omnia nutu,  
Vt nanciscaris virtutis præmia grata.

*Hiscæ accinit Amico suo singu-  
lariter dilecto.*

M. Johannes Fridericus von der Straß/  
SS. Theol. Stud.

---

**D**um nobis Civem formas, Suavissime Amice,  
Pieriis Musis te invigilasse doces.  
Gratulor, ut Patriæ Te Civem reddere possis  
Optimum, & his cœptis annuat Ipse Deus.

*L. m. que ser.*

Paulus Anforg, Argent.



F I N I S.

